buntur V denarii de areis in Lapidibus.

4. April, 59v

Thietbertus subdiaconus frater noster

Sifridus laicus

Ecbertus comes dedit Bulthem cum sexaginta mansis fratribus.

5. April, 60r

Erbertus presbiter

Iudetha conuersa

Helemuicu sacerdos

6. April, 60r

**Aribo archiepiscopus
Thehardus scolaris frater noster
Meinsuidis sanctimonialis**

7. April, 60v

Poppo abbas

Walbertus presbiter sancti Michahelis

Bertha laica/

/7

Obiit Margareta de Brunkenhusen V denarii ad prebendam,
camerariis, campanariis solidus, sco-
laribus II solidi, cereum de talento
de tribus mansis in Losbeke.

8. April, 60v

Hoiko presbiter frater noster
Rothgherus Goslariensis presbiter
Vastburgis sanctimonialis

9. April, 61r

Bernuuardus sancti Michaehelis
Sighenandus alicus qui dedit VI solidos
Thietherus laicus qui dedit mansum unum in Rethen/

/23/ Obiit Lippoldus de Stockem, qui dedit talentum ad
fabricam pro confraternitate/

/22 Anniuersarius domni Henrici dicti de Golttorne concano-
nici nostri et in episcopum ecclesie Bremensis
electi dabuntur V denarii ad vigilias, uicariis,
qui non recipiunt porcionem cum domnis nostris,
IV denarii^{a)}, scolaribus II solidi, candela de
libra cere, campanariis et camerariis I solidus
et hec dabuntur de III mansis in Bokenum et suis
attinentiis.

a) Vor denarii: solidi II gestrichen.

10. April, 61r

Ghiselbertus sacerdos

Bacco scolarius

Ghoda conuersa

11. April, 61v

Benno laicus

Beatrix commitissa

Methildis laica

12. April, 61v

Bernhardus subdiaconus frater noster
Ezelinus presbiter
Retheth uidua/

Obiit Bertoldus sacerdos dictus Grimpe, in cuius anniversario dabuntur IIII^{or} denarii ad vigilias de dimidia decima^{a)} in Hachem et III mansis in Bonyem.

a) unter der Zeile nachgetragen

13. April, 62r

Edulfus scolaris

Ida puella

Conradus episcopus Traiectensis nobis oblationem misit.

14. April, 62r

Ghiselbertus presbiter sancti Michahelis
Margareta laica
Adelogus presbiter/

In festo Tyburcii et Valeriani dabit prepositus vnam
marcam cum dimidia et quinque solidos Hildensemenses
de orto inter plateam Frisonum et Nouam Ciuitatem
situato, que hoc modo ministrabuntur: ad pulsandum
sex solidos Hildensemenses, subcustodi quatuor soli-
dos Hildensemenses pro corona minori et luminibus
circa chorum accendendis, in uesperis, in matutinis
et in missa succentori sicut uni uicario, cuilibet
scolari de dormitorio presenti in missa unum denarium,
sacerdoti, dyaconis, subdiaconis ministrantibus et
duobus canonicis subdyaconorum choro presidentibus
cuilibet duplarem portionem, campanariis et camerariis
unum solidum Hildensemensem, famulo campanariorum duo
denarios. Residuum diuidetur dominis et uicariis in
uesperis et in missa presentibus, ita quod duo uica-
rii recipient portionem vnius domini. Ad instantiam
et petitionem quondam domini Eghardi de Eldingen,
huius ecclesie prepositi.

15. April, 62v

Heinricus Maghedeburgensis archiepiscopus frater noster
Bertoldus presbiter frater noster dedit fratribus XX mar-
cas.

Alexander laicus dedit III mansos cum VII mancipiis pro
se et fratre suo in Machtereshem.

16. April, 62v

Heylo presbiter sancti Michahelis

Bia sanctimonialis

Bacco laicus dedit III mansos

17. April, 63r

Heinricus diaconus Goslariensis

Berta monialis

Symodis uidua/

Conradus marschalkus qui dedit VI marcas et III mansos
in Haddendorpe

18. April, 63r

Godeschalcus subdiaconus

Eba puebla

Mylo episcopus/

Bruno sacerdos et cantor, de Alvelde VI denarii, vicariis,
III denarii, ~~camerariis~~ et campanariis I solidus,
candela de libra cere, scolaribus II solidi, succen-
tori I solidus, cuilibet dominorum, qui vigiliis et
misse interfuerint, dabitur dimidia stopa wini, cano-
nicis sancte Crucis V solidi.

19. April, 63v

Uolradus subdiaconus

Lambertus presbiter frater noster dedit ecclesiæ examitum
album et tres mansos in Lenethe ad prebendam
fratrum.

Athelheidis soror nostra cuius maritus Uulfherus pro utro-
que dedit XL marcas et ipsa X superaddidit.

20. April, 63v

Anno abbas

Athelhelmus monachus

Windelmodis sanctimonialis/

/28 Iohannis de Rintelen sacerdotis una marca cum dimidia de
curia domini^{a)} Wilhelmi de Volkersem sita inter
ecclesiam sancte Crucis et urbem, unde canonicis
in vigilia et in missa presentibus una marca et
vicariis dimidia marca diuidetur/

Wiltrudis^{b)}.

a) Am Rand nachgetragen.

b) Am Rand.

21. April, 64r

Thiedolfus presbiter Corbegensis

Otto laicus

Reimburg laica

22. April, 64r

Thethmarus presbiter
Rixsuuidis inclusa
Ludegherus puer.

A - 17
23. April, 64v

Ieico presbiter frater noster
Uuernherus Augiensis
Bertramus laicus dedit III marcas fratribus/

/11 Gerwici layci de Essem quatuor denarii et cereus de
solido.

24. April, 64v

Israhel episcopus

Ermenghardis laica

Ingrammus subdiaconus Patherburnensis frater noster/

/14 Heidenrici sacerdocis et cellararii fratris nostri dabuntur de decima in Kercheimbere cuilibet fratribus VI denarii, pauperibus scolaribus II solidi, camerariis et campanariis I solidus, cuilibet dominorum qui vigiliis et misse interfuerit dimidia stopa vini

25. April, 65r

Meinuardus abbas sancti Michahelis
Hemma conuersa
Volcgherus diaconus Uldensis.

26. April, 65r

Macco presbiter
Ordolfus laicus
Ermburgis laica/

/16/ Obiit Iohannis miles dictus de Wuluinge qui dedit fratribus
duas marcas/ Iordanis^{a)}

a) am Rand.

27. April, 65v

Hermannus diaconus frater noster

Hemezo conuersus

Vuixsuitdis laica dedit libras fratribus/

/24/ / Siffridus XXXII episcopus obiit/ quaere in fine/

/22 Et Sifridi nostre ecclesie episcopi

Borchardi Magdeburgensis archiepiscopi,

Hermannii Halberstadensis episcopi

et Sifridi prepositi nostri dictorum de Blankenburgh,

Henrici

et Borchardi fratrum comitum de Woldenberghe,

Kunegunde

et uxorum^{a)} suarum atque filiarum et filiorum dictorum comitum cum suis uxoribus, Meynardi, Andree et Conradi, et dabitur cuilibet canonico presenti dimidia stopa vini et unus solidus, cuilibet vicario quarta vini et tres denarii, due libre cere ad ponendas duas candelas, campanariis solidus et cum maioribus campanis pulsabunt.

a) Davor Lücke für etwa 6 Buchstaben.

28. April, 65v

Otto abbas

Thetmarus diaconus frater noster

Siuuardus Mindensis episcopus frater noster/

/14

Henrici diaconi fratris nostri de decima in Kercheimbera
dabuntur cuilibet fratribus VI denarii, pauperibus
scolaribus II solidi, camerariis [et] campanariis
I solidus.

29. April, 66r

Conradus Tullensis episcopus frater noster
Godefridus scolaris Mindensis frater noster
Siburgis laica/

/Q. Obiit Volcmarus nostre ciuitatis burgensis qui contulit
ecclesie nostre CC^{tas} libras que locate
sunt in emptione advocatie villicationis
nostre in Bultem; dedit eciam tres fertones
auri ad reparationem tabule nostre/ de
decima in Weledhe V denarii/

Henricus dux palatinus^{a)}.

a) Am Rand.

30. April, 66r

Othelricus presbiter decanus nostrę ecclesię et thesaurarius
Cono presbiter Haluerstadensis frater noster
Beniko presbiter decanus nostrę ecclesię dedit fratribus
IIII^{or} mansos Uimmelesen/

Conradus de Woldenberghe dyaconus^{a)} nostre ecclesie canonici-

cus.

a) Über der Zeile nachgetragen.

1. Mai, 66v

Volbertus subdiaconus frater noster

Hildeburgis conuersa

Ghermannus presbiter/

Hylarius presbiter et decanus noster obiit.

2. Mai, 66v

Eueroldus diaconus sancti Michahelis
Athelheidis laica dedit in aures fratribus et duas albas
ecclesiæ.
Methildis soror nostra, que ad prebendam nostram de here-
ditate sua tres libras dedit pro anima tam
sua quam filii et matris sue.

3. Mai, 67r

Bertoldus presbiter sancte Crucis
Eilhardus diaconus
Rotheldis^{a)} uidua.

a) -e- aus - i- korrr.

4. Mai, 67r

Bonifacius puer
Werenburgis sanctimonialis
Burchardus diaconus

5. Mai, 67v

Buno camerarius sancti Godehardi
Iudita abbatissa
Tanchmarus laicus

6. Mai, 67v

Bertoldus diaconus frater noster
Ymika uidua dedit duas libras fratibus
Ernestus laicus dedit duas libras fratibus
Ermburgis laica dedit duas marcas fratibus/

Wulbrandus de Waldenberch frater noster subdiaconus canonicus/

/28

Willekini Vechten sacerdotis, de curia domini Ottonis de Halremund sita apud cappellam sancti Pauli in introitu urbis una marca datur, unde campanariis et camerariis duo solidi, cum quibus famulus campanariorum percipiet porcionem suam; candelam de libra cere; residuum inter dominos canonicos et vicarios in vigilia et missa presentibus secundum quod duo vicarii unius domini canonici recipiant porcionem dividetur.

7. Mai, 68r

Berengherus abbas Uuldensis frater noster
Uuindelburgis sanctimonialis
Otto imperator

8. Mai, 68r

Bernhardus presbiter frater noster
Gudetha uidua
Wernherus conuersus

9. Mai, 68v

Gundradus laicus

Ida uidua

Bernhardus presbiter

10. Mai, 68v

Udo presbiter sancti Godehardi
Todelinus diaconus frater noster dedit ad hospitale fratrum
mansum unum in Uuangarde
Windelburgis uidua dedit fratribus V mansos in Dudinghe,
nouem in Nethelrere cum suis attinentiis.

11 Mai, 69r

Sifridus presbiter Uuldensis

Walderadis puella

Uuendelradus presbiter sancti Michahelis

12. Mai, 69r

Volcoldus diaconus frater noster

Arnoldus subdiaconus

Commemoratio omnium peregrinorum sancti Godehardi.

13. Mai, 69v

Euerhardus presbiter Corbegensis

Oda laica

Reinboldus diaconus frater noster dedit ad prebendam fratrum
 ^{or} IIII mansos in Biuelthe/


Egelmari laici /

/28

Peragetur anniversarius domni Iohannis de Rintelen, qui
dedit ecclesie nostre quinquaginta marcas ad
fabricam; eciam dedit viginti quinque marcas
ad usus dominorum canonicorum.

14. Mai, 69v

Dodo episcopus
Gherhardus presbiter
Hildeburgis laica.



15. Mai, 70r

Godescalcus subdiaconus

Rermannus accolitus sancti Michahelis

Methildis conuersa/

Obiit Siffridus de Rutemberghe, canonicus huius ecclesie, qui in ultima voluntate sua et testamento omnia bona sua mobilia et immobilia illis^{a)} exceptis, de quibus specialiter disposuit, quod quibusdam paruulis pueris et familie sue deberent dari, legauit ecclesie ob salutem anime sue et parentum suorum; uoluitque de predictis bonis fieri obedienciam, que secundum obseruantiam ecclesie Hildesemensis inter alias obediencias computaretur. De quibus bonis impense sunt XX marce in curia domini Iohannis de Roma; pro illis dictus Iohannes de Roma uel eiusdem curie inhabitator soluet obedienciario I marcam argenti annue pensionis in festo beatorum apostolorum Philippi et Iacobi. XXX marce sunt impense curie domini Guntzelini de Gyttelde, pro quibus dictus Guntzelinus uel predicte curie possessor dabit obedienciario quolibet anno in festo sancti Michaelis I marcam argenti cum dimidia, et placuit dominis de capitulo, quod obediencia antedicta obediencia domini de Rutemberge nominetur et quod infrascripta de bonis sepedicte obediencie in hunc modum ministrentur^{b)}: primo in anniversario sepedicti Siffridi obedienciarius dabit VI denarios ad prebendam, uicariis, qui non recipiunt portionem cum canonico, unicuique IIII denarios, I solidum pro candel(is) subcustodi,

a) Davor et cod.

b) ministretur cod.

(15. Mai, 70 r)

campanariis et camerariis I solidum pro
pulsanda, seruo campanariorum III denarios.
Item procurabit obedienciarius, quod in festo
conuersionis sancti Pauli maior corona accen-
datur in uespera et in missa summa, et etiam
minor corona in choro in missa summa, et dabit
campanariis et camerariis XVIII denarios. Item
dabit succentori in festo Iohannis ewangeliste
ante portam Latinam VI denarios pro sequencia:
uerbum Dei.

16. Mai, 70r

Winnimarus abbas
Thancsuidis uidua
Bertoldus puer^{a)}/

Eylbertus dyaconus frater noster obiit, qui^{b)} vicarium perpetuum^{c)} in ecclesia nostra instituit, ad cuius prebendam ordinauit medietatem decime in Repernede, quam a fratre suo Iohanne LX marcis redemit et ad hunc usum vicarie^{d)} ecclesie obtinuit. Hunc vicarium decanus qui pro tempore fuerit requisito fratrum consensu instituet, ita ut stabiliter vicarie^{e)} deseruiat et singulis septimanis priuatim tres missas dicat: vnam de sancta Maria, aliam pro salute viuorum, tertiam pro defunctis. Contulit etiam vicario duos^{f)} mansos in Sowinghe, quos idem vicarius de manu decani cum vicaria recipiet, et^{g)} insuper idem^{h)} soluet XX solidos ad elemosinam pauperum, I solidum ad cereumⁱ⁾, I solidum campanariis, preterea^{k)} vicarius in anniuersario^{l)} suo ad quamlibet prebendam VI denarios dabit

de decima in Eilenroth. Contulit etiam ecclesie psalterium glosatum et apostolum et Librum

-
- a) Dazu am Rand von neuzeitlicher Hand M^oC^oIII^o.
 - b) Von hier bis zum Ende des Eintrages andere Tinte.
 - c) Dazu am Rand vicaria sancti Laurencii
 - d) Auf Rasur und von jüngerer Hand korrigiert,
die Lesung ist nicht ganz sicher.
 - e) Auf Rasur und von jüngerer Hand nachgezogen.
 - f) vicario du- von jüngerer Hand nachgezogen.
 - g-h) Von jüngerer Hand nachgezogen.
 - i) ceu cod.
 - k-l) preterea bis anni- von jüngerer Hand nach-
gezogen.

(16. Mai, 70r)

Regum et bybliotecam sine glosa in duobus
uoluminibus usu eorum Iohanni fratri nostro
concesso.

17. Mai, 70v

**Heinricus accolitus frater noster
Iohannis presbiter sancti Michahelis
Tymmo presbiter et decanus Tancuuarderodensis frater noster.**

18, Mai, 70v

Fridericus presbiter
Osterlindis conuersa
Athelheidis uidua dedit XV iugera et aream unam in Estrem./

/7

a)
Anniversarius^{a)} domni Ludolfi camerarii qui contulit eccle-
sie septuaginta sex libras ad comparandam
decimam in Holthusen, que collata est
ad domino nostro Conrado episcopo ad preben-
dam fratrum, ad agendam iam dicti Ludolfi
memoriam usu eius Heinrico filio eius
confratri nostro quoad uixerit assignato.
Dedit preterea quadraginta talenta de qui-
bus empti sunt in iam dicta villa quatuor
mansi et dimidius a fratribus sancti Mauri-
tii in monte, de quibus candelam noctur-
nalem ceream ad altare domine nostre in
cripta talem qualis ad altare maius mi-
nistratur dari constituit. De rebus suis
ad sartatecta uiginti quinque et amplius
talenta impensa, sunt quatuor talenta et sex
solidos, que iure feodali a domno episcopo
tenebat in moneta, in manus domni episcopi
resignauit et de tribus et dimidio et sex
solidis capellam beati Siluestri dotari ob-
tinuit reliquis decem solidis in refectorio
pauperibus scolaribus assignatis. Duo preterea
talenta, que in iam dicta moneta tenebat, in
manus episcopi resignauit, quorum unum dominus
episcopus ad prebendam fratrum, aliud ad ele-
mosinam pauperum scolarium in refectorio
donauit usu tamen iam dictorum talentorum
Adelheidi uxori sue quoad uixerit relicto.

- - - - -

a) Davor: Potentiane obitus.

19. Mai, 71r

Volchardus Brandenburgensis episcopus prepositus noster
Byso laicus frater noster
Bernhardus diaconus sancti Michahelis .

20. Mai, 71r

Burchardus abbas sancti Michahelis
Thiodericus laicus
Marcquardus puer.

21. Mai, 71v

Willi presbiter sancti Michahelis
Uuichmannus decanus
Eilbertus presbiter/

/17

Fredericus dyaconus dictus de Winnigenstede frater noster
de cuius rebus post mortem eius relictis empti
sunt quatuor talentorum redditus quadraginta
marcis puri argenti a uenerabili domno nostro
Henrico ecclesie nostre episcopo de macellis
carnificum in Paruis Lapidibus annis singulis
ministrandi de quibus dabuntur in die anni-
uersarii sui ad quamlibet prebendam sex denarii,
cuilibet uicariotres, campanariis et camerariis
I solidus, candela de libra cere, pauperibus
scolaribus X solidi.

22. Mai, 71v

Athelbertus sancti Michahelis

Aldomnus presbiter frater noster

Bernhardus prepositus Patherburnensis frater noster.

23. Mai, 72r

Bruninghus diaconus frater noster
Uualburgis laica
Conradus uicedominus dedit duos mansos in Walehusen
ad prebendam fratrum/

/3 Oda laica, pro qua filius eius Rodolfus instituit^{a)} dari
ad quamlibet prebendam III denarios de Lenethe
cuilibet^{b)} e tribus campanariis II.

- a) -tit- über der Zeile achgetragen
- b) -li- über der Zeile nachgetragen

24. Mai, 72r

Sighebode subdiaconus

Poppo laicus

Seburgis uidua/

Obiit Henricus nostre ecclesie XXIX episcopus.

25. Mai, 72v

Thancmarus presbiter frater
Bodo subdiaconus sancti Mauritii
Thiodericus abbas sancti Michahelis
Berengherus diaconus frater noster dedit mansum unum
in Bikem/

/9 Rodolfus laicus pro quo filius^{a)} eius Rodolfus instituit
dari ad quamlibet prebendam III denarios de
Lenethe, cuilibet e tribus campanariis II.

a) Vor -1- -i- radiert.

26. Mai, 72v

Uolcmarus presbiter

Alburgis laica

Bertoldus laicus/

/7

Obiit Thidericus de Brunkenhusen, V denarii ad prebendam,
camerariis, campanariis solidus, scolaribus II soli-
di, cereus de talento de tribus mansis Losbeke.

27. Mai, 73r

Gumbertus presbiter

Berta comitissa

Ghiselbertus sacerdos canonicus sancti Blasii in Brunes-
wich dedit ecclesie X marcas.

28. Mai, 73r

[1] Rodolfus sacerdos
 Margareta conuersa
 Rodolfus prepositus frater noster.

29. Mai, 73v

[1] Amulricus presbiter frater noster
Ecbertus laicus
Teta laica.

30. Mai, 73v

[1] Meinherus sacerdos
 Heinricus laicus
 Altfridus scolaris.

31. Mai, 74r

[1] **Ameco conuersus**

Hildibertus archiepiscopus

Suanehildis comitissa

1. Juni, 74r

[1] Arnoldus prepositus Osenbrucensis frater noster
Gher~~d~~agus presbiter frater noster
Ghertrudis uidua.

4. Juni, 75r

[1] Beuo presbiter frater noster
Conradus imperator
Ghisla sanctimonialis.

5. Juni, 75r

Reimmarus presbiter decanus sancti Mauriti
Godefridus sacerdos Corbegensis/

/25 Iohannes Dukere obit, in cuius anniuersario dabuntur V de-
narii ad uigilias , vicariis qui non recipiunt^{a)}
portionem^{b)} cum dominis IV solidi et II denarii
ad uinum refectorii, II solidi scolaribus, I so-
lidus campanariis, VI denarii de parua decima
Weledhe et de nouali Gerhardi de Weledhe famuli
et de dimidio manso Egenstedhe et hec bona adiecta
sunt obediencie Snehen siue Wakenstede/
Anno domini M C⁸ LXXX VIII⁹ occisi sunt milites in Helmenstat
a burgensibus.

a) Mit Verweiszeichen am Rand nachgetragen.

b) portoinem

6. Juni, 75v

[1] Nortbertus Magedeburgensis archiepiscopus frater noster.
Udo Haluerstadensis frater noster
Suaneburgis laica.

7. Juni, 75v

[1] Fridericus abbas sancti Godehardi
Volcholdus laicus dedit duas marcas fratribus
Wendelmodis uidua dedit secundam campanam ad primam
sonantem.

8. Juni, 76r

[1] Thiodericus presbiter
Iohanna laica dedit fratribus dimidiam marcam
Frithericus accolitus dedit XX marcas et tres hallas in
Foro.

9. Juni, 76r

- [1] Heinricus presbiter Babenbergensis frater noster
Thiodericus laicus occisus dedit mansum unum in Sibegthi-
hem.
Obitus multorum milium^{a)} occisorum in primo bello ad locum
qui nomen Haimburg./

Heinricus presbiter Babenbergensis.

a) Über der Zeile nachgetragen.

10. Juni, 76v

Rodekinus presbiter sancti Michahelis
Ghertrudis Ghandenesheimensis preposita
Cunegundis in Quidelincheburg preposita/

Obiit^{a)} dominus Bodo de Homborch quondam prepositus in Monte;
in cuius anniuersario dabuntur VI denarii ad preben-
dam de decima in Hymmesdore, item vicariis qui non
recipiunt portionem cum domnis V solidi et quilibet
vicarius sacerdos habens gratiam legat missam ipso
die pro defunctis, item pauperibus scolaribus 2½ so-
lidi, camerariis et campanariis XVIII denarii pro
pulsu magnarum campanarum, candelam de libra cere que
ardeat infra vigilias et ponetro sicut candele que
in anniuersariis aliorum dominorum nostrorum poni
solent.

a) Davor Barnabe apostoli.

11. Juni, 76v

[1] Reghinbertus episcopus

Heinricus rex Anglie

Oda uidua dedit aream et quatuor uigera in Aselen.

Bardo.

12. Juni, 77r

- [1] Athelgotus Maghedeburgensis archiepiscopus frater noster
Luppoldus laicus.
Yda puella.

13. Juni, 77r

- [1] *Wernherus presbiter Corbegensis*
 Reinsuidis laica
 Bertoldus scolaris.

14. Juni, 77v

[1] Euerhardus Haluerstadensis presbiter frater noster
Athelburgis comitissa
Marcquardus sancti Michahelis.

15. Juni, 77v

[1] Vulferus presbiter sancti Michahelis
Widekindus laicus
Athelheidis conuersa.

16. Juni, 78r

[1]

Gherdagus puer

Heinricus prepositus sancti Bartholomei

Osterlindis conuersa dedit fratribus dimidiam marcam.

17. Juni, 78r

[1] **Harthuuicus^{a)} Maghedeburgensis archiepiscopus frater noster**
Heinricus diaconus frater noster
Thietburgis laica.

a) -r- nachgetragen.

18. Juni, 78v

[1]

Gunzelinus comes

Berthramus laicus dedit duas marcas fratribus

Hugo subdiaconus frater noster dedit IIII^{or} marcas fratribus.

Iohannes scolaris frater noster.

19. Juni, 78v

[1]

Sighewinus subdiaconus frater noster
Bruninghus presbiter frater noster in^{a)} episcopum electus^{a)}. —
Siburgis uidua.

a) in - electus = über der Zeile nachgetragen

20. Juni, 79r

[1]

Heilbertus archiepiscopus

Heinricus laicus occisus

Lodewicus imperator fundator nostrę ecclesię cuius memoriam
fratres celebrem fecerunt et XX quinque solidos,
qui eis annuatim debentur de curia archiepiscopi
Reinoldi uendita, in eius anniuersarium deputa-
berunt.

21. Juni, 79r

[1] Heinricus diaconus sancti Michahelis
Ekkehardus presbiter sancte Crucis.
Conradus puer.

22. Juni, 79v

Adolfus abbas in Helmuardeshusen .

Hugo laicus.

Eyla puella./

/30 X milium uirginum.^{a)} In isto festo dabitur I marca argenti cum 1/2, de qua campanariis et camerariis dabuntur III solidi pro pulsu magnarum campanarum, subcustodibus III solidi pro paru chorona et luminibus circa chorum que ardebunt in uesperis, in matutina et in missa, seruo campanariorum VI denarii, succentori VI denarii, cuilibet scolari presenti I denarius, cuilibet domicello infra scolam VI denarii, cuilibet uicario presenti III denarii. Residuum diuidetur inter dominos presentes, ita tamen quod illi qui presunt choro et qui personaliter ministrant in missa habebunt duplarem porcionem. Ista pecunia prenominata dabitur de curia domini de Homborch in uico Papenstich.

a) X - uirginum am Rand mit roter Tinte.

23. Juni, 79v

[1]

Werenburgis uidua

Bruno prepositus sancti Gereonis frater noster

Udo laicus dedit dextrarium fratribus.

24. Juni, 80r

- [1] Wino abbas in Helmwardeshusen
Bya laica.
Thietmarus laicus.

25. Juni, 80r

Thietmarus episcopus

Conradus subdiaconus sancti Michahelis

Eta uidua/

/36

Memoria domni Borchardi Steenhoff cellararii necnon parentum suorum et benefactorum eius; capitulum dabit octo florenos Renenses qui s̄c diuidentur: vicariis presentibus dabitur unus florenus inter eos equaliter diuidendus, tres solidi ad pulsandum campanas maiores campanariis, et camerariis et seruo campanariorum cuilibet III denarii, III solidi ad duas candelas; cuilibet scolari de dormitorio II denarii Peynenses. Residuum diuidetur inter dominos presentes, sic quod prelati recipient duplēm porcionem domicelli et volatiles si sint et successor non vicarius ex hiis duo recipient quantum unus de dominis nostris.

26. Juni, 80v

- [1] Euerhardus Babenberensis prepositus frater noster.
Otto dux.
Hildebrandus laicus.

27. Juni, 80v

- [1] Hezelo presbiter frater noster
Ghisla uidua.
Hermannus pi^e memorie presbiter frater noster contulit
ecclesie V mansos in Werre et III in Sowinke
et pro anima patris sui Retheri III mansos in
Berberghe.

28. Juni, 81r

[1] Udo Osenbrugensis episcopus frater noster
Dodo decanus sancte Crucis
Ghodesta laica dedit pro se et pro duabus filiabus Magheburg
et Alena XVIII ingera in Bors~~hem~~.
Methildis ducissa benedic~~t~~e memorie.^{a)}

a) [vgl. fol. 183r].

29. Juni, 81r

- [1] Bolo scolaris frater noster
Helmericus presbiter.
Ghodescalcus laicus dedit nobis duos mansos in Beringhe
cum III mancipiis.

30. Juni, 81v

[1] Otto Babenberensis frater noster
Thiodericus diaconus Corbegensis.
Ghoderamus abbas sancti Michahelis.

1. Juli, 81v

[1] **Bruningus Osenbrugensis frater noster.**
 Hildeburgis abbatissa.
 Heinricus comes.

2. Juli, 82r

[1]

Leo Remensis decanus frater noster.

Oda regina soror nostra.

Esicus diaconus frater noster dedit fratribus mansum
unum.

3. Juli, 82r

[1]

Bezelinus presbiter Corbegensis.

Heinricus archiepiscopus.

Ludegherus laicu dedit duos mansos cum V mancipiis in
Wolfringherothe.

4. Juli, 82v

Frithericus diaconus Babenberensis frater noster.
Reinboldus sancti Michahelis.
Ascolfus laicus./

/16 Ottonis^{a)}, filii illustris principis Ottonis ducis in
Brunswic, XXXI episcopi.^{a)}

a) Ottonis - episcopi = am Rand.

5. Juli, 82v

[1]

Guntharius nostrę ecclesię primus episcopus.

Beringarius comes dedit tres mansos cum octo mancipientibus
in Meinwardinkerothe.

Wighandus presbiter frater noster dedit XX marcas ad pre-
bendam fratrum et agendam ecclesię.

6. Juli, 83r

- [1] Einghelbertus presbiter sancti Mauriti.
- Wichardus abbas sancti Michahelis.
- Adolfus comes et
- Enkelbertus occisi in Slavia cum aliis multis.

7. Juli, 83r

[1] **Harthnithus presbiter frater noster.**
Hismarus diaconus sancte Crucis.
Luitghardis laica.

8. Juli, 83v

[1] Albertus comes.
Razo laicus.
Yda uidua.

9. Juli, 83v

- [1] Herolinghus diaconus frater noster.
Godeschalcus presbiter.
Hadeburgis sanctimonialis.

10. Juli, 84r

[1]

Wlframus presbiter Uuldensis frater noster.
Albericus abbas in Helmwardeshusen.
Hermannus nostr^e ecclesie^e XXII^{us} episcopus dedit III man-
sos in Sutherem cum molendino in usum fratrum
cessuros in commemoratione fidelium animarum.

11- Juli, 84r

[1]

Buo conuersus sancti Michahelis.
Albuinus diaconus Uuldensis.
Altfridus Althaensis abbas.

12. Juli, 84v

Gherbergis abbatissa in Quindel(ingenborch)
Willehelmus presbiter sancti Michahelis
Luidburgis laica/

/17 Obiit^{a)} Arnoldus de Uideke sacerdos, in cuius anniuersario
dabuntur VIII denarii de dimidia decima in
Hagchem et tribus mansis in Bonyem ad uigi-
lias, vicariis IIII solidi et II denarii, qui
non recipiunt cum dominis nostris porcionem,
campanariis et camerariis I solidus, pauperi-
bus scolaribus V solidi, candela de I libra
cere. Item duo torticia^{b)} de tribus libris
cere, que a festo beati Michahelis usque Galli
ponentur ad sepem intra completorium illis
diebus solum, quibus non ponuntur candele et
ardebunt quoisque completorium de domina nostra
sit dictum. - Campanariis, qui ponunt torticia,
dabuntur tres denarii.

a) Ein Teil des Eintrags steht auf Rasur.

b) Dazu am Rand de duobus candele ad completorium ponentur
a festo Michaelis usque Galli.

13. Juli, 84v

Byso Haluerstadensis frater noster.

Rozelinus Uldensis oblationem misit fratribus.

Bernhardus laicus dedit duos mansos unum in Biuelthe
et alterum in^{a)} Retthen.

Heynricus primus imperator frater noster nostram pia
adauxit uoluntate prebendam dans Bokbarden
fratribus et curiam unam in Leithe cum XXV
mansis ecclesiam nostram ditans palliis./

/24

Henricus XXXIII episcopus obiit.

a) Nachgetragen.

14. Juli, 85r

[1]

Heinricus episcopus.

Rodolfus presbiter Uldensis.

Thiodericus diaconus sancti Michahelis.

15. Juli, 85r

Uulfframus Goslariensis frater noster.
Liudghardis abbatissa in Gandenesheim.
Sugerus decanus Monasteriensis frater noster/

/15 Anno domini MCC nonagesimo primo obiit Rodolfus natione
de Hauekesborch^{a)} serenissimus rex Romanorum./

/17 In diuisione apostolorum dabitur cuilibet dominorum
dimidia stopa vini et cuilibet uicario ~~una~~ quarta/
et due libre cere ad candelas accendendas et III
solidi ad pulsandum/ de decima in Gerboldissen.

a) -ke- nachgetragen.

16. Juli, 85v

[1]

Arnoldus abbas sancti Godehardi.

Methildis comitissa.

Liudburgis laica dedit X ingera in Cloun.

17. Juli, 85v

- [1] **Uolcmarus episcopus.**
 Meinhardus laicus.
 Windelghardis uidua.

18. Juli, 86r

[1]

Godefridus dux Iherosolimitanus.
Ghermodis conuersa.
Bertramus subdiaconus Hallensis.

19. Juli, 86r

- [1] *Altmannus scolaris.*
Suaneheldis laicx.
Bertoldus presbiter Altahensis.

20. Juli, 86v

- [1] Lienizo diaconus Magdeburgensis frater noster.
Rothbertus sancti Mauritii.
Uuilbrandus Osenbrugensis frater noster.
Bernhardus nostre ecclesie XX episcopus.

21. Juli, 86v

Thiodericus subdiaconus frater noster.

Occo puer sancti Michahelis.

**Otherus laicus dedit duos mansos cum duobus mancipiis
in Odinghehusen/**

**Anniuersarius Henrici pincerne et uxoris sue pro quibus
dabuntur XVI solidi et VIII denarii de duobus
mansis in Vppem ad vigilias; qui denarii diui-
dentur inter presentes/ sicud scriptum est in
originali.**

a) [vgl. fol. 89r]

22. Juli, 87r

[1] **Bertoldus Uldensis abbas frater noster.**
 Luderus decanus sancti Maritii.
 Bodo comes.

23. Juli, 87r

[1] Volcbertus presbiter.
Werenburgis laica.
Bernhardus laicus dedit duos mansos unum in Suthbiuelte
alterum in Gherendeshem.

24. Juli, 87v

[1]

Euerhardus subdiaconus frater noster.
Gozbertus presbiter frater noster.
Ezelo presbiter sancti Michahelis.
Walderus presbiter decanus sancti Mauritii dedit fratribus
XX marcas, pro quibus fratres assignauerunt
duos mansos, unum in Herthe, alium in Lenede.

25. Juli, 87v

[1] **Widekindus laicus occisus.**
 Suaneheldis puerla.
 **Sighefridus laicus dedit fratribus VI iugera in Ueteri
 Villa.**

26. Juli, 88r

- [1] **Esyco presbiter.**
 Atheloldus scolaris.
 Escuuinus laicus.

27. Juli, 88r

[1] Victor papa.

Benno Osenbrugensis episcopus frater noster.

Luitharius monachus.

28. Juli, 88v

[1]

Poppo subdiaconus frater noster.

Alueradis laica.

Azzo frater noster dedit cronicam et Augustinum super
psalterium.

29. Juli, 88v

- [1] Iohannes sacerdos frater noster.
 Reinherus clericus.
 Dioscelinus presbiter.

Obiit^{a)} Henricus pincerna et uxor eius Adhelheydis, quorum filius Ernestus nomine pro anima sua et uxoris sue et animabus predictorum patris et matris contulit ecclesie nostre duos mansos continentes quadraginta iugera, sitos in Vppem, tali conditione, ut in anniuersario patris et matris, qui in vigilia Marie Magdalene peragetur, dabuntur in vniuerso XVI solidi et VIII denarii tantum presentibus qui fuerint in vigiliis et in missa canonicis et vicariis, et diuidentur ita quod, quicquid cedit vni canonico, huius dimidietas dabitur cuilibet vicario^{b)} et puerο^{c)}. Item hoc modo seruabitur cum predicta summa denariorum canonicis et vicariis tantum presentibus. Hernesto et uxori sue uiuentibus dicitur missa pro salute uiuorum in crastino Gregorii. Item quando vnum ex hiis mori contigerit, tunc missa pro salute viuorum dicenda conuertetur in uigil(ias) et in missam animarum, et ministrabuntur denarii diuidendi inter illos, qui vigiliis et misse interfuerint, sicut est predictum. Item quilibet sacerdos presens existens in^{d)} anniuersario leget missam pro defunctis. Item in commemoratione ipsius Ernesti dicetur a quolibet sacerdote missa pro salute uiuorum et ponetur candela de libra cere tantum in vigiliis et in missa

a) Am oberen Rand des eingelegten Blattes cf. f. 86^b (s.XIX).

b-c) Auf Rasur.

d) Radiert.

30. Juli, 90r

- [1] **Thiodericus sancti Mauritii presbiter.**
 Ghertrudis laica.
 Martinus presbiter.

31. Juli, 90r

[1] Bernuuardus Uuldensis frater noster.

Ida laica.

Ricophus laicus dedit mansum unum cum IIII^{or} mancipiis
in Ranede.

1. Aug., 90v

Eilbertus presbiter.
Hildeburgis sanctimonialis.
Hunoldus laicus./

Margarete de Blickenstede sex denarii et cereus de
XVIII denariis, sex denarios camerariis et
sex campanariis, III solidos et IX denarios
ad hospitale sancti Iohannis et tantum
leprosis apud sanctam Katerinam.

2. Aug. 90v

[1]

Ekkehardus Sleswicensis episcopus frater noster.
Lamburgis conuersa sancti Michahelis.
Ludolfus laicus.

3. Aug., 91r

[1] Ieze presbiter sancti Michahelis.
Conradus pre~~p~~ositus Goslariensis.
Ekkehardus dedit mansum unum et quinque mancipia in
Adinkerothe.

4. Aug., 91r

[1]

Bruno presbiter Corbegensis.

Ludegherus diaconus frater noster dedit mansum unum in
Werre.^{a)}

Ludolfus presbiter frater noster.^{b)}

a) -e- aus -i- korrigiert.

b) am Rand Verweiszeichen [vgl. fol. 183^R b]

5. Aug., 91v

[1]

Uolcherus accolitus frater noster.

Amelungus abbas in Riddageshusen frater noster.

Ettelo nostrę ecclesię XVII^{us} episcopus.

6. Aug., 91v

Thietmarus episcopus.

Albertus diaconus sancti Gereonis.

Toco diaconus sancte Crucis.

/3

Cum opera Dei reuelare sit magnificum et meritorium^{a)},
notandum quod fures quodam tempore seris chori et
summi altaris adulterinis clauibus reseratis imaginem
domne nostre partim decrustauerunt et capud sancti
Oswaldi usque ad sedem decani cum difficultate ma-
xima deferentes et ibi relinquentes cum festinatione
simul et confusione graui recedere sunt compulsi. Quod
cum pro speciali habeatur miraculo a fidelibus et
deuotis, capitulum unanimi consensu decreuit, ut duo
de cetero choro presint in festo eiusdem sancti et
hoc ob Dei reuerenciam et talis rei, que diuinitus
euenisse creditur, memoriam solempniter celebretur.

a) Auf Rasur.

7. Aug., 92r

- [1] Wezelo Magedeburgensis archiepsicopus frater noster.
Sifridus Magdeburgensis subdiaconus frater noster.
Hehriodus frater noster dedit duos mansos in Abbinkerothe.

8. Aug., 92r

- [1] **Liudgherus diaconus frater noster.**
 Albertus presbiter frater noster.
 Bruno presbiter Mindensis frater noster.
 Sifridus sacerdos frater noster dedit missalem duorum
 uoluminum et sacerdotalia indumenta.

9. Aug., 92v

[1]

Ecbertus laicus

Helmburgis sanctimonialis.

Thiodericus prepositus noster dedit duos mansos cum tribus
mancipiis in Selethe et argenteum cyphum quin-
que marcas ponderantem; ipse etiam rubeam
cappam cum aurifrigio decenter adornatam
beatę Marię obtulit.

10. Aug., 92v

- [1] Ekkehardus presbiter Uuldensis.
Conradus dux occisus.
Athelheidis laica dedit marcam fratribus.

11. Aug., 93r

- [1] Hermannus accolitus frater noster.
Christoforus scolaris.
Bodo presbiter sancti Michahelis.

12. Aug., 93r

Uualthardus episcopus.

Bodo diaconus sancti Mauriti.

Ghiuelinth soror nostra conuersa dedit quinque marcas
ad hospitale nostrum in ciuitate et sextam
in foro/

Adelheidis Reinfridi in cuius anniuersario dabuntur V ~~M~~
denarii ad prebendam de decima in Alegrimesen,
insuper candela de libra cere ad altare in
choro.

13. Aug., 93v

Gumbertus presbiter sancti Michahelis.

Ghisla laica dedit mansum unum cum tribus mancipiis in
Haddestorp.

Friðerundis laica dedit quinquaginta V iugera in Einhem/

/42/ Obiit Olgardis layca que dedit armillas aureas ad ymaginem
beate Virginis reficiendam/

Obiit Guncelinus de Berwinkle sacerdos frater noster.

14. Aug., 93v

[1] **Adolfus laicus.**
 Suaneheldis comitissa.
Reinnaldus Coloniensis archiepiscopus frater noster.^{a)}

a) [vgl. fol. 183^Va - 184^Ra]

15. Aug., 94r

[1]

Altfridus nostr^e ecclesi^e quartus episcopus.

Iordanus presbiter sancti Michahelis.

Borchardus comes dedit quatuor mansos in Osethe/

Henricus laicus^{a)}

a) Unvollständiger Nachtrag.

16. Aug., 94r

Wicherus episcopus .

Hermannus diaconus Babenbergensis frater noster.

Ghuntherus prepositus in Heninke/

/16

Conradus nobilis de Werberch interfectus in prelio ante
castrum Harlingeborch anno domini MCCXC primo.

17. Aug., 94v

- [1] **Vuolframus accolitus.**
Symodis puella.
Uolchardus laicus.

18. Aug., 94v

- [1] **Hemezo diaconus.**
 Ghermodis conuersa.
 Heinricus Comes.

19. Aug., 95r

[1]

Iofredus comes.

Dudo diaconus frater noster.

Ghisla laica misit fratribus elemosinam.

20. Aug., 95r

- [1] Bruno episcopus.
 Øltheilricus conuersus sancti Michahelis.
 Luidghardis sanctimonialis in Ghandenesheim.

21. Aug., 95v

Otto presbiter santi Gereonis.

Burchardus laicus.

Erwinus comes conuersus/

/13

Conradi de Dorstat, de decima in Berle dabuntur VI denarii ad prebendam, campanariis VI denarii, candelae libra cere, uicariis III denarii.

22. Aug., 95v

[1] Hugo presbiter Corbegensis.
 Salome inclusa.
 Bodo comes.

23. Aug., 96r

- [1] *Thiodericus diaconus frater noster.*
 Dauid scolaris.
 Siburgis laica.

24. Aug., 96r

- [1] Piligrimus Coloniensis archiepiscopus.
Uncherus subdiaconus.
Esycus conuersus sancti Michahelis.

25. Aug., 96v

[1]

Godeschalcus presbiter sancti Gereonis.

Bya pælla.

Bernhardus uicedominus dedit III mansos in Heninche et
dimidium in eadem uilla ad altare sancte
Crucis in usum luminaris, pro quibus et
duobus mansis in eadem uilla sitis pro Con-
rado uicedomino ecclesiæ nostræ collatis V
mansos cum^{a)} sua decima^{a)} in Uphem in concam-
bio^{b)} recepimus a congregacione de Heninge/
Henrici de Alta Domo de Achtem III denarii.

a) cum - decima nachgetragen.

b) concabio cod.

26. Aug., 96v

[1]

Benedictus frater noster.

Rothsuidis uidua.soror nostra.

Hermannus diaconus frater noster contulit ecclesie cantica canticorum.

27. Aug., 97r

[1]

Franco scolaris sancti Mauritii.
Helmwicus presbiter Sancte Crucis.
Albertus subdiaconus Babenbergensis frater noster.
Hermannus sacerdos sancti Michahelis.

28. Aug., 97r

[1]

Thiodericus Osenbrugensis diaconus frater noster.

Benzo puer sancti Michahelis.

Conradus comes dedit pallium ad reliquias sancte Marie
et ad prebendam fratrum IIII^{or} mansos cum sex a)
mancipiis in Stochem et Odesrode.

a) In radierter Lücke mit anderer Tinte nachgetragen.

29. Aug., 97v

- [1] Desiderius diaconus frater noster.
 Eppo subdiaconus Mindensis frater noster.
 Bodo subdiaconus frater noster dedit III mansos in
 Ulotede.

30. Aug., 97v

[1[

WARTHMANNUS presbiter ULDENSIS.

ETHELHERUS presbiter sancti Mauriti.

ETTELLO laicus dedit mansum unum in Sunneborche.

31. Aug., 98r

- [1] Ekkehardus subdiaconus frater noster.
Franco presbiter frater noster.
Marsilius conuersus.

1. Sept., 98r

Heinricus Moguntinus archiepiscopus in Embike.

Helmburgis uidua.

Euerharus laicus dedit in Lankennez mansum unum VI so-
lidos soluentem./

/13

Gertrudis de Dorstat, de medietate decime in Wakenstede
VI denarii ad prebendam, campanariis VI denarii,
candela de libra cere, cuilibet uicario III
denarii.

2. Sept., 98v

[1] Bernhardus scolaris.

Volcgerus iaicus.

Ludolfus presbiter dedit III marcas fratribus.

3. Sept., 98v

- [1] **Osdaghus presbiter.**
 Rothardus Laicus.
 Luithburgis laica.

4. Sept., 99r

- [1] Thietmarus presbiter dedit duos libros missalem et
matutinalem sancte Marię et omnem suppellec-
tilem fratribus.
Frithericus presbiter sancte Crucis.^{a)}
Elika abbatissa in Ringelhem soror nostra; hęc et soror
eius Athelheidis abbatissa preedium suum in
Heuenhusen contulerunt ecclesię.

5. Sept., 99r

[1]

Bodo presbiter prepositus noster.
Christianus subdiaconus sancti Gereonis.
Rikenza uidua dedit quatuor armillas aureas et anulum
unum.

6. Sept., 99v

- [1] Retharius presbiter in Helmwardeshusen.
Ludolfus dux.
Conradus subdiaconus sancti Michahelis.

7. Sept., 99v

- [1] **Godeschalcus laicus.**
 Gherburgis laica.
 Hottericus presbiter sancti Michahelis.

8. Sept. 100r

[1]

Rodolfus subdiaconus Uuldensis.

Gudetha preposita Gandenesheimensis.

Haoldus diaconus frater noster dedit duos mansos in
Escherte.

9. Sept., 100r

[1]

Albericus presbiter sancte Crucis frater noster.

Willehelmus diaconus sancte Crucis.

Berno laicus dedit mansum unum in Friethene.

10. Sept., 100v

- [1] **Uolccoldus subdiaconus Patherburnensis frater noster.**
 Thiodericus comes.
 Methhildis sanctimonialis.

11. Sept., 100v

- [1] Conradus abbas sancti Michahelis frater noster.
Rothbertus presbiter decanus Monasteriensis frater noster.
Nordunghus presbiter Uuldensis.
Alfwinus presbiter frater noster contulit ad prebendam
fratrum III mansos in Wennerthe, preterea cyphum
argenteum dedit fratribus.

12. Sept., 101r

- [1] Adolfus presbiter.
 Thiethsuidis puella.
 Arnoldus laicus dedit talentum.

13. Sept., 101r

- [1] **Godeschalcus diaconus.**
 Elika sanctimonialis.
 Tiethardus nostrę ecclesię nonus episcopus.

14. Sept., 101v

[1] Christoforus subdiaconus sancti Gereones.
Thietmarus abbas in Helmwardeshusen.
Ludolfus puer./

/22 Hildebrandi de Uslaria subdyaconi fratris nostri pro
iusticia occisi./

/46 Iohannis XXX episcopi^{a)}

a) Am Rand

15. Sept., 101v

[1]

Werenbertus presbiter sancti Michahelis.
Conradus presbiter decanus noster dedit missalem et
quatuor marcas.
Arnoldus laicus occisus dedit ad prebendam fratrum V
marcas.

16. Sept., 102r

- [1] *Sifridus conuersus.*
 Burchardus laicus.
 Suaneburgis uidua.

17. Sept., 102r

[1]

Eilhardus diaconus frater noster.

Lodewicus rex Francie.

Bodo laicus dedit III mansos et dimidium et decimam
eiusdem boni ad prebendam fratrum in Eilstrinche.

18. Sept., 102v

- [1] **Hermannus archiepiscopus.**
 Adolfus scolaris.
 Reimmarus laicus.

19. Sept., 102v

[1] Ekbertus presbiter.

Symon laicus.

Methildis laica dedit duas marcas.

20. Sept., 103r

[1]

Ernestus prepositus sancti Mauriti in Nighenburg.

Rodolhus sancti Godehardi.

Adeloghus nostr^e ecclesi^e XXIII episcopus.

21. Sept., 103r

[1] Wino diaconus.

Oda puella.

Hyserus laicus dedit duos mansos ad prebendam fratrum
in Alleuesen./

/30 Mathei festum.^{a)} Ista die dabitur caritas cum pullis,
pane et uino, uidelicet I quarta uini cum 1/2
ulna linei panni ad manutergium^{b)} dominis tan-
tum et 1/2 quarta uini uicariis, custodi II li-
bras cere pro luminalibus circa chorum et minori^{c)}
corona accendendis necnon scolaribus in dormitorio
II solidi et I solidus campanariis et camerariis
ad pulsandas campanas maiores.

a) Am Rand mit roter Tinte.

b) manuterium cod.

c) minor cod.

22. Sept., 103v

- [1] *Albertus presbiter Uuldensis.*
 Tiethmarus laicus.
 Alfeidis laica.

23. Sept., 103v

[1]

Thietmarus Uerdensis episcopus frater noster.

Emo Haluerstadensis accolitus frater noster.

Bernghozus abbas Uuldensis.

Odulfus presbiter Corbegensis.

Ethelgerus,

Popo,

Guntherus Haluerstadenses canonici cum aliis multis
incendio interierunt.

24. Sept., 104r

[1]

Harbertus presbiter frater noster.
Gherhardus subdiaconus sancti Mauriti.
Rixsuidis laica.

25. Sept., 104r

- [1] **Ghundoldus presbiter Uuldensis.**
 Thiodericus Corbegensis.
 Sighehardus diaconus.

26. Sept. 104v

{1]

Thiodericus episcopus.

Walburgis sanctimonialis.

Adolfus puer dedit mansum unum in Odinca husen.

27. Sept., 104v

- [1] **Ubertus conuersus sancti Michahelis in Sigheburg.**
 Uuidekindus scolaris.
 Wernherus laicus.

28. Sept., 105r

[1]

Diethbertus presbiter Uuldensis.

Gozmarus Richenbergensis prepositus.

**Odericus laicus dedit ad prebendam fratrum duos mansos
in Aluelsem et uxor sua pro anima sua armillam
et crucem auream; ipse etiam fenestris australis
parietem in monasterio nostro decorauit.**

29. Sept., 105r

- [1] Bero conuersus sancti Michahelis.
Vnarghus laicus.
Hermannus presbiter sancti Michahelis.
Conradus laicus dedit ~~II~~ II marcas.

30. Sept., 105v

[1]

Bertoldus subdiaconus Goslariensis.

Christianus conuersus sancti Michahelis.

T^yiethburgis uidua.

1. Okt., 105v

Bernolfus laicus.

Rotghardis sanctimonialis.

Othelricus sacerdos dedit seruitium./

/29

Obiit magister Hermannus de Sunnenberghe canonicus ecclesie nostre, prepositus Montis sancti Petri in Goslaria, qui contulit ecclesie nostre XXX marcas; hec pecunia impensa est curie domini Ottonis de Woldensen pro qua ipse et post eum poscessores curie predicte ministrabunt dominis et vicariis I marcam cum 1/2 et fiet amministracio in hunc modum: campanariis et camerariis dabuntur solidos, succentori VI denarii, candela de solido, duo solidi ad pulsandum, III denarii famulo campanariarum, cuilibet scolari de dormitorio presneti in missa unus denarius; residuum dividetur inter dominos et vicarios presentes in vigilia et in missis sic quod duo vicarii recipient porcionem unius domini.

2. Okt., 106r

[1] Euerhardus diaconus Bauenbergensis frater noster.
Bero conuersus sancti Michahelis.
Ghertrudis laica./

/23 Obiit Otto scolasticus ecclesie nostre dictus de Valken-
stene.

3. Okt. 106r

[1]

Bernhardus diaconus sancti Michahelis.

Suaneburgis soror nostra.

Michaelis ad duas candelas, que die et nocte ardebunt ad sepulchrum sancti Godehardi, vnum centenarium et dimidium de sepo, degem libras cere. In octaua pasche de quibus fient due faculae ad susceptionem reliquiarum beate virginis, superflua illarum cedent ad supplementum candelarum, que ardebunt ad matutinas beate Marie per circulum anni; dicte decime adiectum est molendinum in Honhusen cum omni utilitate. Et de hiis ministrabitur panis prebendalis omni sabbato eo valore et pondere, quo panes alii per circulum anni solent dari. In anniuersariis patris sui Volcmari V denarios et matris sue Mechtildis V denarios ad quamlibet prebendam instituit idem prepositus dari de decima in Welede. Item de decima in Vorholte instituit lumen nocturnale per crucibulum in capella Thome Cantuarensis, et balneum cum necessariis in stupa dominorum de eadem decima per terciam partem anni instituit procurari.

- a) -r- vor -n- nachgetragen.
- b) consio cod.
- c)

Fol. 170^V(vgl. 4. Februar, fol. 45^R)

II. Nonas Februarii. Obiit W i r a d u s sacerdos, prepositus Montis, de cuius rebus impense sunt capitulo nostro quinquaginta marce puri argenti, pro quibus assignauimus dari in anniuersario suo de decima noualium ad Vorholt sex denarios ad quamlibet prebendam, cuilibet uicario instituto et instituendo III denarios, campanariis et camerariis vnum Solidum, candelam de libra cere, cuilibet dominorum presenti dimidiam stopam vini, decano, scolastico, cantori et archidiacono ^{a)} ciuitatis duplex portio tribuatur.

a) -a- fehlt cod.

III. Idus Februarii. Bernardus de Dorstad, sacerdos, ecclesie nostre scolasticus, altare sancti Andree in monasterio construxit, ad quod perpetuum vicarium choro seruiturum instituit, qui ad idem altare omni die missam celebrabit, nisi^{a)} causa legitima fuerit impeditus. Ad cuius sustencionem^{b)} IIII mansos in Heynede sitos ab omni aduocacia et qualibet seruitute liberos, dimidiam decimam in magno Berle et hortum ante valuam indaginis comparauit. De quibus bonis idem vicarius in anniuersario Conradi de Dorstad, patris ipsius scolastici, sex denarios ad quamlibet prebendam, cuilibet vicario instituto et instituendo IIII denarios, candelam de libra cere et campanariis VI denarios ministrabit; et ad ipsum altare lumen nocturnum perpetuum prouidebit. Aream eciam domui epischopali contiguam XXV libris^{c)} denariorum comparatam eidem vicarie donauit. In qua postmodum venerabilis in Christo pater ac dominus noster Sifridus episcopus, huius nominis secundus, capellam episcopalem construxit et partem aree episcopalnis curie retro urbem eidem vicarie permutacionis titulo contulit in restaurum. Preterea dictus scolasticus medietatem bonorum^{d)} veteris uille Aluelde, videlicet V mansorum et decime eiusdem uille, cooperante sibi Herbordo, dicti altaris uicario, addita eciam pecunia, quam ex testamento Bernardi de Piscina fratris nostri collegerat, comparauit et eidem / vicarie adiecit, ita quod vicarius pro tempore existens de eisdem

a) Aus nisu mit Rasur korrigiert.

b) sustencionem cod.

c) Doppelt, das zweite Mal radiert.

d) Am Rand nachgetragen.

19

Fol. 171^R-172^V

bonis in anniuersario iam dicti Bernardi de Pis-
cina VI denarios ad quamlibet prebendam, cuilibet
vicario instituto et instituendo III denarios,
candelam de libra cere, camerariis et campanariis
I solidum, scolaribus II solidos et ad vinum in
refectorio X solidos ministrabit^{f)}.

Idem eciam scolasticus altare in medio monasterio
in beati Oswaldi martiris, sancti Epyphanii con-
fessoris et omnium sanctorum honore construxit;
ad quod eciam perpetuum vicarium choro seruiturum
instituit, qui ad idem altare missam animarum pro
omnibus fidelibus defunctis singulis diebus cele-
brabit, exceptis summis sollempnitatibus et diebus
dominicis. Ad huius vicafii sustentacionem dimidiam
decimam in Wakenstede comparauit, de qua in anni-
uersario Gertrudis de Dorstad, matris ipsius sco-
lastici, VI denarios ad quamlibet prebendam, cuilibet
vicario instituto et instituendo III denarios,
candelam de libra cere et campanariis VI denarios
ministrabit. Domum eciam ante urbem in area claustra-
li sitam, X marcis comparatam, eidem vicarie adiecit.
Has quidem duas vicarias decanus pro tempore existens,
cum eas vacare contigerit, conferet personis ydoneis,
quas choro viderit esse vtiles^{g)}.

/fol. 172^R

Inpendet eciam capitulo nostro XXX marcas puri ar-
genti / pro quibus ordinauimus dari in anniuersario
suo de decima noualium ad Vorholt VI denarios ad
quamlibet prebendam, cuilibet uicario instituto et
instituendo III denarios, campanariis et camerariis
I solidum, candelam de libra cere, pauperibus sco-
laribus X solidos. Insuper in festo beati Galli
duas candelas, quamlibet de libra cere, que ab ipso
die usque ad diem cinerum, cum alie candele super
sepem uel super pulpitum non arserint, infra com-

f)

g) Danach salvo tamen iure collationis ipsi sco-
lastico temporibus vite sue gestrichen.

19

Fol. 171^R-172^V

pletorium accendentur et cum pro medietate consumpte fuerint, debent ad pondus pristinum renouari. Campanariis¹⁾ dabuntur XVIII denarii, ut easdem candelas ponant, deponant, incendant suo tempore et extinguant. / De rebus etiam eius post mortem suam relictis acquisita est ecclesie nostre centum marcis puri argenti dimidia decima in Bornem super Ambergā, quam prepositus uni fratum conferret eo modo, quo alie decime, quas fratres de manu eius accipiunt, conferuntur. Is autem, qui eam in beneficio habuerit, dabit annis singulis in anniuersario ipsius scolastici quatuor uicariis infrascriptis cuilibet decem solidos, quorum cuius^{k)} dicet unam missam singulis septimanis ad altare sibi ad hoc deputatum pro animabus tam dicti scolastici quam eciam pro genitorum suorum et omnium fidelium defunctorum. Hii autem sunt uicarii ad hoc deputati: primus habens dimidiam decimam in Oldendorpe ab episcopo, qui ad altare sancti Stephani; secundus habens aliam / medietatem eiusdem decime in Oldendorpe a preposito, qui ad altare sancti Iohannis in cripta; tertius habens cappellam sancti Siluestri a decano, qui ibidem; quartus habens dimidiam prebendam a capitulo, qui ad altare sancti Tome Cantuarensis in sacrario; prefatas dicent missas ut premittitur singulis septimanis. Empta est etiam de rebus eius una domus in lapidibus in area claustrali sita, que adiecta est capelle beate uirginis et patronorum in meridiano latere monasterii nouiter constructe; propter quod sacerdos eiusdem capelle dicet ibidem unam missam qualibet septimana prout alii uicarii supradicti.

i) Der Schreiber fährt mit anderer Feder und schwarzer Tinte fort.

k) Von hier bis zum Ende des Textes andere Hand.

G.Pridie Ydus Octobris. Heinrichus de
cellario, fidelis officialis ecclesie, qui in re-
demptione villicacionis in Algrimessem comparauit
mediam decimam eiusdem uille a capitulo pro octo-
ginta marcis Bremensis argenti ad tempora uite
sue et uxoris sue possidendam, ita videlicet, quod
si uter^{a)} eorum uel ambo moriuntur, V denarii ad
quamlibet prebendam de eadem decima persoluantur,
Item calicem deauratum IIII marcas habentem in pon-
dere, aliquando ab ecclesia alienatum, ipse suis ex-
pensis fideliter recuperauit tali conditione, ut
in eo summa missa in summo altari cottidie cele-
bretur. Item ymaginem beate uirginis in facie pa-
radisi fecit magnis ^msuptibus renouari. Item in
multis aliis, que tediosa essent scribere, nostram
ecclesiam a multis dampnis sua pecunia, prouiden-
cia et discretione eripuit et labore.

a) uterque cod.

Fol. 173^R

(vgl. 25. Januar, fol. 42^V)

In anniversario G h u n t e r i de Bertensleue
cantoris^a, qui occurrit Nonas Septembris dabit
vicarius altaris sancti Stephani, quod est in
choro sancti Ghodehardi, plenam caritatem, came-
rariis et campanariis XVIII denarios pro pulsu
magnarum campanarum, candelam de libra <cere>,
cuius superfluum idem vicarius obtinebit, succen-
tori VI denarios, subcustodi ad vinum et oblatas
I solidum^b.

a) cancoris cod.

b) Obiit Nonas Septembris danach von anderer Hand
nachgetragen.

XII. Kal. Martii. Conradus de Valkenstene diaconus, prepositus noster, dimidiam decimam in Ueltberghe, tres mansos in Hase et XXIII solidorum censem de undecim in Bettenem, quinque in Magno Hemstede et septem in Paruo Hemstede mansis soluendum sua pecunia comparauit. De quibus bonis testamentarii ipsius, videlicet Otto de Woldenbergh prepositus, Otto de Valkenstene scolasticus et Bernhardus de Hardenbergh noster concanonicus ordinauerunt perpetuum benefitium, uni canonicorum a preposito nostro qui pro tempore fuerit conferendum. Is autem, qui benefitium ipsum seu bona predicta habuerit, in anniversario dicti prepositi, qui peragetur sollempniter uigiliis et missa in capella sancti Laurentii, ubi corpus eius sepultum est, dicendis, dabit plenam caritatem pullorum si extra quadragesimam uel piscium si intra euenerit cum pane et uino canoniciis et uicariis institutis et instituendis. Item unum solidum ad quamlibet prebendam, cui libet uicario tres denarios, pauperibus scolarib[us] V solidos, camerariis et campanariis I solidum, ut pulsent maiores campanas; dabit eciam duas candelas, quamlibet de libra cere, quarum una in choro, altera ad sepulchrum eius a uespera usque ad uesperam ardebit, quarum eciam superflua cedent ad chorum angelorum ad missas inibi celebrandas. Sciendum quoque, quod de dictis tribus mansis in Hasen census decem solidorum est carpentario solui solitus ab antiquo.

a) Davor et radiert.

Festum^{a)} deposicionis beati Bernwardi, quod in crastino
beate Elyzabeth mense nouembris occurrit, sub officio seu
ordine duplici cum historia eius speciali peragetur et
psalmi "Laudate per omnia" ad uesperas primas sollempniter
legentur et in suffragio de sancta Elyzabeth ante Exultet
cum collecta "Tuorum corda" dicetur, et, cum prefatum sancti
Bernwardi festum die dominico euenerit, circuitus circa
curiam episcopalem fiet, et extunc ante descensum ad mo-
nasterium "Asperges me" more solito dicetur, ac deinde in
processione, que per medium monasterii transibit, duo
responsoria, uidelicet "Iustum deduxit dominus" et "Sint
lumbi uestri", cum uersibus suis et in claustro ympnus
"Votis supplicibus" necnon in stacione in monasterio de
prefata hystoria responsorium "Iherarchie angelorum" et
in ascensu "Alma redemptoris", ad missam autem Alleluja
"Pie presul" cum sequentia "O beata beatorum angelorum"
laudabiliter decantentur.

In predicto festo de duobus mansis in^{b)} Wakenstede duas
libras et VIII solidos monete Hildensemensis more et modo
seruitii magni inter dominos canonicos ecclesie nostre et
alios, qui de seruitiis magnis partem recipere consueuerunt,
ad missam in choro presentes et VIII solidos vicariis
presentibus, qui in magno seruicio partem non habent, sco-
laribus duos solidos pro symellis emendis, III 1/2 solidos
camerariis et campanariis pro pulsu maiorum campanarum,
duos solidos subcustodi pro candelis in chorona et in
choro incendendis, sex denarios campanariis pro labore
eorum, duos solidos ad vinum refectorii summus prepositus
ecclesie nostre ministrabit./

/ 29 Et quia idem prepositus etiam antea censum annum a lito-
nibus, qui dictos mansos iure litonico a preposito habuerunt,

a) F- fehlt.

b) Nachgezogen.

(Fol. 174r)

29

de eisdem mansis percipere consueuit, ipse in recompensam illius census percipiet censem de tribus ortis in noua ciuitate propter hoc redemptis, quorum unus iuxta ipsius prepositi allodium et alii duo iuxta quondam domini Ghunteri de Bertensleue allodium sunt siti. Et eciam post institutionem dicti festi pro ministracione predictorum fuerunt duo alii mansi assignati eo modo, quod ipsi duo mansi post mortem Henrici de Osterrode, qui Henricus ipsos in feodum habuit, non infeodabuntur, sed ad prepositum perpetuo pertinebunt, quorum mansorum unus in campis Betmer et aliis in campis Eynem siti sunt; et de predictis perfectius patet in literis capituli super his confectis.

19

H e n r i c u s ^{a)} sacerdos, ecclesie nostre
vicarius et noue ciuitatis plebanus, perpetuam
uicariam in ecclesia nostra instituit de quatuor
in Bonyem et quatuor in ^{b)} Hederecsen mansis ab
aduocacia et seruitute qualibet liberis et solutis.
Vicarius autem, qui eam pro tempore habuerit, qua-
libet septimana dicet quatuor missas priuatim^{c)},
duas uidelicet ad altare beati Petri et duas ad
altare beate Cecilie, preterea in festo beati Lam-
berti, quod ad deuotam dicti Henrici peticionem
duplici ordine suscepimus sollempniter peragendum.
Dabit idem vicarius de bonis predictis plenam
caritatem pullorum, panis et vini dominis et vica-
riis vniuersis, sacerdoti autem, qui missam cele-
brauerit, ministris et hiis, qui choro prefuerint,
quartam vini cuilibet superaddet, dabit eciam
campanariis vnum solidum pro pulsu. Huius vicarie
presentatio siue collacio apud ipsum Henricum uite
sue temporibus permanebit. Postea vero ad decanum
nostrum qui pro tempore fuerit deuoluetur.

a)

b) Doppelt.

c) Am Rand nachgetragen.

Fol. 174^V-175^R
1320 April 11

(vgl. 13. August, fol. 93^V und
176^V/177^R sowie UBHHild 4,
nr. 515, S. 279f.)

In nomine domini amen. Nos Otto dei et apostolice
sedis gratia Hildensemensis ecclesie electus con-
firmatus ad laudem et gloriam domini nostri Ihesu
Christi et sanctissime genitricis eius uirginis
Marie deuotis ad hoc honorabilis viri Guncelini
de Berwinkele, senioris nostre ecclesie canonici,
precibus inclinati de nostri consensu capituli
hac constitutione perpetuo valitura duximus statuen-
dum, quod ad singulas horas eiusdem beate / vir-
ginis Marie, cum in choro dicuntur, cum ^{a)} vero non
dicuntur, ad horas canonicas in fine, postquam
dictum est: "Fidelium anime requiescant in pace",
addantur hec verba: "Nomen domini nostri Ihesu
Christi et gloriose virginis Marie sit benedictum
in eternum". Ipse autem dominus Guncelinus, ut
premissa eo fidelius obseruentur, de decima in
Wolshusen sua pecunia comparata nobis nostrisque
successoribus quatuor stopas vini, unam uidelicet
in Annunciatione, vnam in Assumptione, vnam in
Natiuitate et vnam in Purificatione beate virgi-
nis, item in vigilia Annunciationis canonicis
triginta sex solidos inter presentes taliter ^{b)}
diuidendos, quod puer infra scolas recipiat sex
denarios et reliquum inter dominos presentes equa-
liter diuidatur, ita quod vicarii episcopi equam
cum dominis percipiat portionem, tribus vicariis
in sedibus tres solidos, cuiilibet alii vicario
tres solidos et ad vinum refectorii dominica
prima ante festum omnium sanctorum duos solidos
ordinauit annis singulis perpetuo ministrari.

a) c- auf Rasur.
b) t- KORR.

Fol. 174^V-175^R

Dictam autem decimam idem Guncelinus in quocumque
statu uel loco extiterit cum omni honore predicto
vite sue temporibus optinebit. Post mortem vero
suam ad obedientiam Wolshusen cum eodem onere
perpetuo permanebit. Et in horum felicem memoriam
ac perpetuam firmitatem nostrum et capituli supra-
dicti sigilla presentibus sunt appensa. Actum et
datum anno domini M^oCCC^oXX^o, III^o Idus Aprilis.

Undecimo^{a)} Kal. Nouembris obiit Bernardus de Meyner-
sen sacerdos, ecclesie nostre cantor, qui decimam^{c)}
in Gerboldissem et duos mansos cum una area ibidem
a Frederico milite de Bortuelde datis sibi plus
quam centum et triginta marcis puri argenti nostre
ecclesie acquisiuit, de quibus bonis instituit in
ecclesia nostra perpetuam uicariam, cuius ad deca-
nun collatio pertinebit. Vicarius autem, qui eam
pro tempore habuerit, in festo beate Anne carita-
tem^{b)} dominis et uicariis, in festo beati Martini
et in Diuisione apostolorum cuilibet dominorum
nostrorum presenti dimidiā stopam uini, cuilibet
uicario unam quartam et in singulis festiuitatibus
antedictis subcustodi duas libras cere et campana-
riis tres solidos pro pulsu magnarum campanarum de
bonis antedictis annis singulis ministrabit. Dic-
tas quidem festiuitates ad deuotam supplicationem
eiusdem cantoris recepimus sollempniter peragendas.
De rebus etiam eius post mortem suam relictis com-
parati sunt quatuor mansi in Goderinge nonaginta
septem marcis puri argenti, qui uicarie predicte
sunt adiecti, sicut ipse preordinauerat, debentque
de eisdem ea, que sequuntur, annis singulis mini-
strari, videlicet in anniuersario ipsius cantoris:
sex de- / narii ad prebendam, uicariis III, sub-
custodi III, succentori I solidus, camerariis et
campanariis I solidus, pauperibus scolaribus VI
solidi, due candele de duabus libris cere, quarum
superflua ipse uicarius obtinebit, canonicis in
Monte X solidi,

/ fol. 176^Ra) U- fehlt.b) Danach karitatem gestrichen.c) decim- auf Rasur.

Fol. 175^V-176^R

20

sancte Crucis VIII solidi, sancti Iohannis IIII solidi, sancti Andree quatuor solidi, sancti Bartholomei IIII solidi, episcopalis capelle I solidus, monachis sancti Michahelis V solidi, sancti Godehardi V solidi, monialibus sancte Marie Magdalene VI solidi, plebanis infra et apud muros Hildensemenses cuilibet III denarii, ad missam domine nostre in medio monasterii una candela, que debet quotiens consumpta fuerit renouari, ad sepulcrum domini in parasceue candela de II libris cere, item in XIX festiuitatibus infrascriptis accendentur infra summam missam candele XIII^{or} circa chorūm, videlicet in Pascha, in Dedicacione, in Ascensione, in Pentecoste, Iohannis baptiste, in Diuisione apostolorū, Marie Magdalene, Anne, in Assumptione, in Natiuitate domine nostre, Cosme et Damiani, omnium sanctorū, Martini, Caterine, in Aduentu reliquiarum, in Natiuitate domini, in Epyphania, in Purificatione, in Annuntiatione.

21

Ydus Augusti. Obiit G u n c e l i n u s de Berwinkele sa-
cerdos frater noster, ad cuius deuotas preces uerba hec
uidelicet: " Nomen domini nostri Ihesu Christi et gloriose
uirginis Marie sit benedictum in eternum", ad singulas ho-
ras beate uirginis in fine perpetuo decreuimus obseruanda.
Cum uero hore de beata uirgine in choro non leguntur (!),
ad singulas horas canonicas uerba huiusmodi seruabuntur.
Et ut hoc fidelius et diligencius obseruetur, de decima in
Wolshusen, quam ipse ecclesie nostre sexaginta marcis com-
parauit et obediencie in Wolshusen adiecit, triginta sex
solidos in anniuersario beate uirginis annis singulis dari
instituit, qui inter presentes taliter distribuentur, quod
quiuis puer infra scolas recipiat sex denarios et reliquum
inter dominos presentes equaliter diuidatur, vicario epis-
copi equam porcionem cum dominis accepturo. Insuper tribus
vicariis in sedibus tres solidos et cuilibet alteri vica-
rio tres denarios ipso die, dominica eciam ante festum
omnium sanctorum prima ad uinum refectorii duos soldios
et domino nostro episcopo in singulis quatuor festiuita-
tibus beate uirginis vnam stopam uini de predicta decima
instituit ministrari.

/fol. 177^R

Construxit eciam idem Guncelinus capellam beati Vincencii
in meridionale latere ecclesie nostre, ad quam executores
testamenti sui, sicut / ipse uiuens preordinauerat, insti-
tuerunt perpetuum vicarium choro seruiturum, qui in eadem
capella priuatim sex missas - unam videlicet de sancta
Trinitate, vnam de sancta cruce, vnam de domina nostra,
vnam pro defunctis, vnam de angelis uel de sancto Andrea
alternatim, vnam de sancto Vincentio uel de omnibus sanctis
alternatim - leget qualibet septimana; quando uero occurrit
dies habens officium speciale, ipsius diei legit officium
missam aliam obmittendo.

Iudem uero testamentarii de rebus ipsius Guncelini post mor-
tem suam relictis tres mansos cum tribus areis in Nete-

(Fol. 176^v-177^r)

21

linghe septuaginta marcis necnon dimidiam decimam in Schilpe sexaginta duabus marcis ad capellam predictam pro sustentacione dicti vicarii compararunt ordinantes, quod idem vicarius procurabit accendi candelas corone maioris temporibus infrascriptis: videlicet in vigilia omnium sanctorum ad vesperas, sabbato in capite aduentus domini ad vesperas, in aduentu reliquiarum beate uirginis ad primas vesperas, de illa occulta ad vesperas, in anniversario Sifridi XXXII episcopi ad vigilias et ad missam. Insuper duos solidos in anniversario dicti Guncelini ad unum refectorii annis singulis ministrabit. Comparauerunt eciam dicti testamentarii specialiter pro anniversario ipsius Guncelini tres mansos, videlicet duos in Magno Lafforde et unum in Egkelsem, de quibus in iam dicto anniversario VI denarii ad quamlibet prebendam, cui libet vicario tres denarii, scolaribus duo solidi, candela <de> libra cere, camerariis et campanariis unus solidus, ad vinum refectorii duo solidi debent annis singulis perpetuo ministrari.

Fol. 179^Ra [vgl. 10. Jan., fol. 38v]

[1]

Ekkehardus diaconus frater noster ad usum armarii et scho-
larum contulit quatuor euangelia, Exodum et
Ysaiam, Parabolas et psalterium et epistolas
Pauli de glosatura magistri Petri cum senten-
tiis eiusdem. Ad prebendam autem fratrum decem
marcas de curia sua.

Fol. 179^Rb [vgl. 19. Jan., fol. 41r]

Erimfridus diaconus frater noster, cuius bona fratibus
ab eo collata fratris nostri Amelungi diaconi
et quorundam aliorum bonis addita obedientiam
in Stokhem constituunt^{a)}. De qua in anniuer-
sario Yrimfridi ministratur altari candela VI
nummorum, fratibus V denarii, pauperibus ele-
mosina X solidorum. In quadragesima uero XII
diebus cum ferculis suis in refectorio et in
estate per unam septimanam cum carnibus arie-
tinis.

-
- a) Dazu am Rand, teilweise abgeschnitten Predia ist[a
assi]gnata sunt [ad] obedienti[am in] Stochem. Daneben
nachträglich et redditus eorum, was nach Predia ista
einzuschlieben wäre.

Fol. 179^Va [vgl. 21. Jan., fol. 41v]

Otto prepositus^{a)} frater noster dedit quinquaginta marcas
fratribus, quibus quinque superadditis sex mansos
in Machteshem fratres emerunt ab^{b)} Adolfo et Athel-
heida uxore eius et [Ad]olfo filio eorum^{c)}. Absoluit
etiam ab importabili iugo aduocatorum tres uillicationes
Hisnem, Hasen, Lusbike, quibus uillicationibus domno
Adelogho episcopo et fratribus consentientibus annuam
et mediocrem collectam indixit, de qua ter in anno
fratribus sancti Mauriti nobiscum in refectorio, in
festo uidelicet purificationis et assumptionis beate
Mariæ et dedicationis ecclesiæ nostre, congrua possit
refectio preparari. Nobis gutem in anniuersarii sui
die singulare seruitium in refectorio et panes VI
septimanarum de eisdem aduocatiis dari constituit.
Panis iste et hęc seruitia per industriam prepositi
maioris ministrantur.

a) Nachgetragen.

b)-c) Am Rand nachgetragen, z.T. abgeschnitten.

Fol. 179^vb

[vgl. , fol.]

De XVIII marcis R o b e r t i celerarii bone memorie
emptus est mansus unus in Cherboldesen ab ecclesia
sancte Marie in Insula prope Lippere, qui adiectus
est XXV iugeribus in Lusbeke, que contulit Iohan-
nes Gallicus pro remedio anime sue beate uirgini.
De hiis duobus mansis percipiunt fratres in an-
niuersario eiusdem Roberti III denarios ad preben-
dam, campanarii VI, in anniuersario iam dicti
Iohannis tantumdem, campanarii tantumdem, paupe-
res scolares V solidos.

Fol. 179^V_b [vgl. 29. Jan., fol. 43v]

Methildis uidua dedit uiginti marcas fratribus, in cuius
memoriam deputauimus duos mansos in Essem, emp-
tos a Frouuino canonico sancti Mauritii et Cono-
ne fratre eius. Inde dantur fratribus ^{or}III
denarii in anniuersario eius.

Fol. 180^Ra [vgl. 1. Febr., fol. 44r]

Eilbertus^{a)} diaconus prepositus Goslariensis frater noster dedit decem marcas fratribus et quatuor mansos in Uerre, qui dati sunt in concambio fratribus sancti Godehardi pro duobus mansis in Dornstede, datis pro Fritherico puero sepulto in capitolio nostro.

a) Dazu am Rand Pro hoc anniuersario fratres numquam aliquid specialiter habuerunt.

1

Fol. 180^Ra [vgl. 5. Febr., fol. 45r]

Retherus laicus, pro cuius anima filius eius dominus Hermannus Thuringus frater noster dedit tres mansos in Birberghe^{a)} emptos a quodam canonico Constantino Maghetheburgense.

a) Solventes XXX solidos, inde percipiunt fratres singuli VI denarios mit Verweiszeichen am Rand nachgetragen.

Fol. 180^Rb [vgl. 8. Febr., fol. 46r]

1

Ulferus^{a)} laicus frater noster dedit pro se et uxore sua quadraginta marcas fratribus, quibus IIII^{or} mansos emimus, duos in Essem assignatos pro memoria Methildis uidue, unum in Olem, a quodam libero homine Wideghone et unum in Lenethe, in quorum memoriam assignauimus bona nostra in Hamelen empta quadraginta marcis a Bertoldo Hildeneshemensi ciue, filio uidelicet Frithelonis.

a) Zum Folgenden am Rand nachgetragen Unde fratres percipiunt panem III septimanis in refectorio.

q

Gerhardus de Luderinhoue subdiaconus, canonicus ecclesie nostre, contulit ecclesie L marcas pro medio anime sue ad perpetuam chori uicariam. Huic pecunie addite sunt X marce examinate pecunie et empte sunt tres partes decime in minori Herethe, annone uidelicet tritici, silihiginis et ordei ad eandem uicariam instituendam. Hunc uicarium qui pro tempore fuerit decanus non requisito fratum consilio instituet. Qui septimanatim tres missas, unam pro salute uiuorum, aliam de domina nostra, terciam pro defunctis decantabit. Huic uicarie iam dicte placuit domino H. custodi, dicto de Tossem, adipere capellam sancti Siluestri, quam ipse et frater suus Ludolus et alii sui parentes fundauerunt et dotauerunt ad uberiorem eiusdem uicarii sustencionem, qui eandem una de manu domini decani recipiet et ibidem diuina non per aliud sed per se prouidebit.

1

Arnoldus^{a)} laicus frater noster dedit ad prebendam fratrum pro se et uxore sua Bya V mansos in Wallenstede et molendinum in eadem uilla, mansum unum in Rethen, quatuor in Adershem, VI in Leuethe, dimidiā decimam in Grauestorp^{b)}. Ad ius autem episcopale preposituram siue congregationem, quam ipse in honore sancte crucis in loco sue proprietatis in capella curie sue Dorstat per beniuolentiam fratris sui, Bya uxore sua eum adiuuante et conuentibus filiis suis^{c)}, inchoauerat, beate Marię et ecclesię nostrę cum omni iure suo et attinentiis in^{d)} magna deuotione donauit et episcopus Adelogus ab eodem Arnoldo rogatus XIII mansos, quos ab eo in eadem uilla beneficiario munere tenuerat, eidem prepositurę in perpetuum assignauit.

-
- a) De Dorstat als Überschrift von Hand 13 nachgetragen.
 - b) Dazu am Rand nachgetragen De quorum prediorum medietate dantur fratribus in anniuersario ipsius Arnoldi IX denarii, in elemosinam pauperum X solidi.
 - c) Über der Zeile nachgetragen.
 - d) Davor Lücke durch einen radierten Buchstaben.

1
Fol. 180^Va [vgl. 11. Februar, fol. 46v]

Herbordus sacerdos frater noster dedit ecclesie musicvm
gratuale et uiginti sex marcas fratribus, qui-
bus addito argento episcopi Brunonis, quod pro
domo uendita suscepimus, quadraginta sex marcis
emimus IIII^{or} mansos in Calbeth et patronatum
capelle in eadem villa cum suis attinentiis ab
Hethenrico de Rethen et fratre suo Ernesto.^{a)}

a) Dazu am Rand nachgetragen Unde percipiunt fratres
annuatim VI denarios et pauperes elemosinam X soli-
dorum.

1

Godefridus sacerdos frater noster, qui dedit fratribus
 quinque mansos in Lenethe, de quibus in anni-
 uersario suo datur caritas fratribus in refec-
 torio panis et uini et unius ferculi et cum hoc
 die continuis tribus septimanis panis in refec-
 torio et tredecim librę cerę ad candelam diur-
 nam ante principale altare. Dedit etiam ad re-
 demptionem bonorum hospitalis decem marcas. Pre-
 terea pro decem marcis quas impendit, cum emerent
 principalem curiam in Lenethe, fratres ei assig-
 nauerunt duos mansos in Uaaleshusen soluentes
 decem solidos, quos ipse deputauit in elemosi-
 nam pauperum. Ad refectionem uero fratum in
 festo beati Gregorii duodecim marcas et dimidi-
 am argenti obtulit. Dedit insuper ecclesię cappam
 de rubeo examito cum aurifrigio et calicem de-
 auratum cum indumentis suis sacerdotalibus. Desti-
 nauit preterea ad armarium libros hos: Genesim,
 Exodum, Leuiticum, Numeri, Deuteronomium, Iosue,
 Iudicum, Ruth, Parabolas, Ecclesiasten, Cantica,
 librum Sapientię, Ecclesiasticum, Iob, Ysaiam,
 Hieremiam, Danielem, duodecim Prophetas minores,
 Matheum, Iohannem, Lucam, Marcum, Apokalipsim,
 canonicas epistulas, actus apostolorum, libros
 Regum unum de quatuor, psalterium. Obtulit etiam
 totam suppellectilem suam hospitali nostro et
 uestes suas pauperibus, tres insuper campanas
 paruas^{a)} beatę Marię obtulit.

a) Über der Zeile nachgetragen.

1

Thidericus^{a)} diaconus frater noster, de cuius rebus et possessionibus, sicut ipse preordinauit uenditione distractis, uiginti due marce argenti in usum fratrum peruenerunt, quibus III mansi in Uletetthe^{b)} VIII marcis de pecunia fratrum superadditis a quodam Arnoldo et fratre eius Symone tytulo emptionis ecclesie acquisiti sunt, libris suis in usum armarii contraditis, suppellectili uero sua pauperibus.

- a) Zum Folgenden am Rand nachgetragen In cuius anniuersario dantur fratribus VII denarii.
- b) De quibus dantur VII denarii qui commutati sunt et de decima in maiori Lafferde ministrantur mit Verweiszeichen am unteren Rand von jüngerer Hand ergänzt.

1 Ludolfus laicus de Uualtinkerothe dedit ad prebendam fra-
trum tam pro anima sua quam uxoris et filiorum
suorum quindecim mansos, VIII in Stidiim, tres
in Thortunim, tres in Hotershem et decimam eiusdem
uille, unum mansum in Quicburnen et decimam in
Lengerslo.^{a)}

- a) Dazu am Rand nachgetragen De his bonis dantur fratribus
V talenta statim post Pascha ad ouinas carnes, in depo-
sitione carnium seruitium unum per hospitia, in anni-
uersario prepositi Thiaderici de Monte quilibet V denarii.

Frithericus laicus dedit fratribus duos mansos in Dornstide^{a)}
 XXX solidos soluentes et in eadem uilla beato
 Godehardo duos mansos totidem solidos soluen-
 tes cum VIII mancipiis et sancto Laurentio in
 Capitolio in quo sepultus est mansum unum VIII
 solidos soluentem; in Studen duos^{b)} mansos sanc-
 to Godehardo collatos per concambium accepimus
 datis in commutationem IIII^{or} mansis, quos no-
 bis prepositus Eilbertus Goslariensis in Uerre
 contulerat, sicque per multos annos usum eorumdem
 quatuor mansorum in Dornstide habuimus. Tandem
 propter remotionem uille et difficultatem uię
 fratres eosdem mansos uendiderunt et pro eis
 alios emerunt: unum in Uimelesen X solidos sol-
 uentem, unum in Hamelen XII solidos, quadragin-
 ta iugera in Sutherem; de quibus bonis dantur in
 anniuersario pueri cuilibet fratum VII denarii.
 In uenditione supradictorum bonorum, sicut rela-
 tione fratum audiuimus, multa pecunia perdita
 est, unus adhuc tamen mansus de eadem pecunia
 in Ostenbike emptus esse dicitur, de quo et man-
 so magistri Uuidegonis in eadem uilla sito fra-
 tribus dantur IIII^{c)} nummi ad ouinas carnes in
 paschali septimana.

- a) -n- nachgetragen.
- b) Duos cod., davor duos gestrichen.
- c) Über der Zeile nachgetragen.

Hardradus^{a)} diaconus frater noster emit mansum unum in Lenethe decem marcis, adiecit octo marcas, quibus fratres superadditis XII marcis emerunt tres areas et quinquaginta tria iugera in Eghenstide a Brunone de Kembe et duobus filiis suis. Hęc assignata sunt in memoriam eius, mansus autem in Lenede et unus mansus in Herte assignati sunt pro Uualdero decano sancti Mauritii.

a) Zum Folgenden am Rand nachgetragen In cuius anniversario dantur fratribus ^{or} IIII denarii.

Bertoldus^{a)} presbiter frater noster dedit XX marcas, qui-
bus fratres emerunt duos mansos in Solezen
a Iohanne et fratre suo Bernhardo.

a) Zum Folgenden am Rand nachgetragen Quinque denarii.

Hermannus presbiter, ecclesiæ nostræ decanus, cuius industria domnus Bernhardus episcopus oblationes fidelium, quæ ad tumbam beati Godehardi offeruntur, ex integro fratrum utilitati perpetuiter assignauit. De quibus idem Hermannus librum missalem duorum uoluminum in testimonium huius facti et donationis conscribi fecit. Contulit etiam ad prebendam fratrum III mansos in Birberghe soluentes XXX solidos, de quibus datur seruitium fratribus in festo beatæ Agathæ, in anniuersario uidelicet patris sui Retheri, V mansos in Uerre cum decima eorundem mansorum soluentes duo talenta et IIII^{or} solidos, de quibus ordinati sunt cilibet fratrum VI denarii quinto ydus Mai; eodem quoque die cantandæ sunt magnæ uigiliae cum missa defunctorum ob memoriam omnium peregrinorum qui ad patrocinia beati Godehardi uenerunt uel uenturi sunt. Ipso etiam die duo cerei solido comparati accendantur, unus ante altare beatæ Mariæ, alter ad sepulchrum beati Godehardi. Quatuordecim uero solidi de predicto censu expendantur ad consolationem fratrum in refectorio in aduentu reliquiarum sancti Mariæ et in eius ueneratione cantetur ipso die sequentia Aue preclara. Tres mansos in Sowinke soluentes XXX solidos, de quibus X solidos habeat sacerdos, qui quilibet septimana dicat III missas, unam ad honorem beati Godehardi, secundam pro salute uiuorum, tertiam pro defunctis. Talentum uero ordinetur pro comparando luminari ad sepulchrum beati Godehardi quando neccessitas exigat, interim autem cedat in usus fratrum.

Methildis ducissa ecclesie nostrae deuotissima una cum mari-
to suo Heinrico duce contulit ecclesie optima
ornamenta, auro et aurifrigiis decentissime or-
nata, casulam candidam, casulam rubeam, dalma-
ticam candidam, dalmaticam rubeam, subtile album,
subtile rebeum, stolam de aurifrigio cum mapulis,
cappam purpuream, cappam niueam, albam unam,
thuribulum grecum, pallam altaris totam auro
textam et alteram meliorem auro acupictam, in-
super aliud pallium auro textum, scrinia duo et
sandalia ad ministerium episcopale.

Ludolfus presbiter frater noster dedit^{a)} tres mansos in
Snen, III in Suathinkeburnen et V in Alueide, pro
quibus V quidam Frithericus dedit duos, decem et
octo solidos soluentes, unum in Hvogisen^{b)} et al-
terum in Euerdaghesen; pro tribus in Suatinkebornen
comes Hermannus dedit mansum in Bethmare.

a) Davor am Zeilenende de- radiert.

b) -v- über der Zeile.

Reinaldus Coloniensis archiepiscopus frater noster, qui preter alia nobis collata beneficia, cum prepositurę nostrę fungeretur officio, XII mansos, quorum quatuor in Sowinke, III in Elize cum decima eorundem mansorum et molendino, III in Hesethe similiter cum decima, duo siti sunt in Herite, ecclesię nostrę donauit ad hoc uidelicet, ut quesitis inde sumptibus in festo beatę Marie Magdalene, quam ipse pio quodam ac singulari uenerabatur affectu, fratres congregationum nostrarum, qui uidelicet festiuitatum nostrarum statonibus interesse solent, una nobiscum in refectorio nostro congruam refectionem percipient nosque propter commune illud commodum annuatim in obitus sui die speciale seruitium quale per hospicia distribuitur ac discretam portionem in refectorio consequamur et ut eodem die D pauperes, in cena uero domini CL constitutis sibi partibus perfruantur. Cyphum insuper argenteum sed deauratum XXX marcis comparatum ad usum fratrum contulit cum tali additamento, ut in perpetuum qualibet die dominica finito prandio post ablutionem manuum ex parte prepositi uino fratribus impleatur. Curiam quoque suam capellę beati Pauli adherentem edificiis ualde bonis ornatam utilitati fratrum depautauit. Ecclesiam uero nostram pallio bono aureis signis distincto et uexillis adornauit. Ad hospitale preterea nostrum; quod ipse cum capella et ponte lapideo adiacente suis impensis a fundamento construxit, mansos XXX duos, quorum III in Uolesiu^therode, in Herthere IIII^{or}, in Wezenethe VIII, in Algrimesen duo et dimidius, in Arberghe III, in Himidesdore duo, in Embrike duo, in Escherte unus, in Lutinkeshem IIII^{or} cum molendino, in Ludoldeshem duo consistunt, ac III domos in foro annuatim III talenta soluentes preter areas quampluras sua industria ac suis laboribus acquisitas

cum libris et suppellectili sua condonauit. Dedit
insuper ipse et frater suus Ludolfus eidem reli-
giosę domui quinque mansos de predio suo in Meche-
uelde, III in deserto loco quodam, I in Benekes-
hem, id est non minus nostram quam Coloniensem cui
preerat in omnibus ueneratus ecclesiam.

Bertoldus^{a)} sacerdos et custos contulit ecclesie XXX marcas ad emptionem IIII mansorum in Escherte, de quibus instituit II talenta sacerdoti, qui omni die missam de domina nostra dicat ad altare sancte crucis ea hora, qua domini ad capitulum conueniunt. Institutio autem huius sacerdotis uel destitutio, si necesse est, solius erit decani. Preter hec adhuc eidem sacerdoti V solidos ad duos honestos cereos et tribus ecclesiasticis tres soldidos pro labore, quo ad eandem missam subseruire habent, de eisdem mansis dari instituit. Item adhuc alium sacerdotem choro domine nostre perpetuo deseruiturum ad solius decani dispositionem instituit; huic sacerdoti mediatem decime in Bechem, quam a fratribus cenobii in Amelungesbornen XLVI marcis contraditis acquisiuit episcopo consentiente assignauit. Isti decime comparande X marce prepositi Bertoldi sunt apposite, pro quibus iam dictus sacerdos in anniuersario eiusdem prepositi XII solidos et VI denarios, id est ad quamlibet prebendam tres denarios, dare debebit. Fenestram^{b)} etiam principali altari uersus orientem opposita ad honorem beate uirginis de suo fieri fecit. In sacrarii etiam redificatione expensis episcopi et fratrum non sufficientibus multa de suis erogauit et structaram, que nunc appareat, ad plenam consummari omni quo potuit studio elaborauit.

a) B- fehlt.

b) Für den Rest des Eintrags ist die Seite einspaltig beschrieben. Vor Fenestram ist etwa eine Langzeile radiert.

1

Bruno diaconus frater noster contulit ad prebendam fratrum
IIII^{or} mansos in Bvine, quos in commutationem curie,
suę a comite Hermanno de Lichuuue accepit; insuper
quinque mansos in Eluede ad usum capelle, curei suę et
ad refectionem fratrum sancti^{a)} Mauritii et sanctę
Crucis in die Paschę in eadem curia sanctę Marię obtu-
lit. Ipse etiam duo dorsalia ionga et bona et duas
cappas de rubeo examito aurifrigio ornatos et duas
cruces cum uexillis ecclesię contulit. Preterea in
sanctuario ecclesię fenestram posuit et opus quod pa-
radisum uocant in septentrionali parte inchoauit quod
morte preuentus non consummauit.

a) Über der Zeile nachgetragen.

Fridericus de Lendorp frater noster dedit ad prehendam
fratrum II mansos et duas areas in Wibuge, qui
uenditi sunt XX marcis fratribus Montis sancti
Petri in Goslaria ad comparandam decimam in Hotte-
nem, pro quibus singuli fratres de eadem decima V
denarios percipiunt. Insuper mansum unum cum duabus
areis in Westersolenze ad panem rectorialem
unius septimang^{a)}, preterea hortum^{a)} cum domo curie
suę adiacentem ab Eylhardo de Ylse^{b)} the de suo con-
quisitum cum tali exceptione, ut congregatio de
Sulta de horto^{b)} annuatim habeat duos solidos,
principale altare nostrum candelam VI nummorum,
scolares VI denariorum panes in refectorio, reli-
quum cedat in supplementum mansi ad panem supra-
dictum.

- a) ortum cod.
- b) orto cod.